

## **Theologia Scholastica Secundum Viam Et Doctrinam D. Thomæ Aquinatis, Doctoris Angelici**

In Celebri Archiepiscopali Benedictina Universitate Salisburgensi, methodo  
& norma ibidem usitata publicè tradita, & in IV. Tomos digesta ; Qvorvm  
Primvs Tractat De Deo Vno Et Trino, Deq[ue] Creatura Angelica ...

**Mezger, Paul**

**Augustæ Vindelicorum, 1695**

Articulus V. An liceat sequi opinionem minùs tutam minùsque probabilem  
in concursu probabilioris.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74152](#)

Addit quod hæc quæstio & controversia tam declamata: *An homo peccet sequendo minus probabilem in concursu probabilioris?* est de subiecto non supponente; siquidem homo non posset ex mente adversariorum mentem detorquere ad assensum minus probabilis cognitæ ut talis, sicque cessaret omne litigium.

Nec difficilis est responsio ad objecta: nam argumentis ex n. 6. applicabilius satisfactum est n. 9. Ad 2. distinguo majorem. Impossibile est, ut intellectus judicet sententiam esse absolutè veram sicut loquitur Jo. à S. Th. J. qua sibi magis appareat falsa, concedo; ut judicet esse veram apparet, & probativè, nego. Ut enim bene advertit prædictus Jo. à S. Th. disp. 12. a. 3. n. 46. & Gabriel Beatus q. 5. n. 19. assensus probabilis non judicat suum objectum esse verum absolute & in esse, sed cum restrictione, & in apparet; scilicet quantum est ex vi motivi, quod habet ad tam assensum. Cum igitur motiva opinionis probabilioris non impedian, quod minus motiva sententia verè, sed minus probabilis faciant illam apparere veram, nil obstat, quin illa ex vi talium motivorum vera judicari possit. Instantia de nigro & albo non est ad rem, quia, quod magis apparet album, non habet certitudinem de albedine, sicuti quod magis apparet verum, habet certitudinem de veritate: tam enim falsitas potest subesse magis, quam minus probabili opinioni; neque dantur motiva suadentia aliquid esse nigrum, quod magis apparet album, dum contraria dantur motiva suadentia esse verum, quod oppositus motivis magis representantur falso.

Ad 3. distinguo majorem. Quilibet potentia naturaliter tendit in suum objectum, quantum potest, potentia vel absoluta, vel moralis & proportionata subiecto, concedo; potentia simplificiter & absoluta, nego. Alias argumentum probaret, quod intellectus deberet omni possibilem in-

tensione ferri in suum verum, sicuti Lapis fertur in centrum, ad quod naturaliter est determinatus. Cum ergo modus connaturalis, & humanae naturæ accommodatus sit, ut in defectu evidentiæ per liberam voluntatis applicationem sekeretur verum, quod prudenter apparet tale, satisfaciet connaturali inclinationi, si sekeretur verum probabile, tametsi minus tale. Ad confirmationem distinguo majorem: si media sunt certa ad consecutionem veritatis, & intellectus à sola objecti veritate trahatur, transeat; si sunt incerta, ut in probabilibus, & insuper accedat impulsus voluntatis, nego.

Ad quartum nego in primis paritatem. Nam ideo voluntas non potest eligere minus bonum in concursu majoris, quia minus bonum, quatenus dicit privationem majoris boni, est aliquod malum voluntatis: sed verum minus probabile nullam dicit privationem veritatis majoris & probabilioris: tum quod veritas consistat in indivisibili, nec recipiat magis & minus ut bonum: tum quod utrumque verum seu magis seu minus probabile adjunctam habeat formidinem falsitatis. Deinde retroquo paritatem. Cum plura sunt media inæqualiter conductentia ad eundem finem, potest voluntas eligere medium minus utille, dummodo per illud speret consequi suum finem, & aliunde accedat illi medio aliqua bonitas, quæ voluntatem allicit, ut si praecalibe, & religiosa vita statutum seculariter utiliter quidem, sed minus certum ad consecutionem salutis eligas, isque videatur tuo genio & inclinationi magis accommodus: ergo pariter intellectus poterit assentiri opinioni licet minus probabili, dum ex alterius motivi instinctu accedit voluntatis impulsus. Manet ergo, nullum esse physicum deficitum libertatis, ut intellectus opinioni probabili, in concursu minus, æquè, vel magis probabilis nequeat assentiri.

## ARTICULUS V.

*An liceat sequi opinionem minus tutam, minus que probabilem in concursu probabilioris?*

### SUMMARIUM.

1. Quid intelligatur per opinionem minus tutam?
2. Distinguendum inter opiniones probabiles circa honestatem actionis, & circa res ipsas vel factum.
3. Cum agitur de valore rei, vel damno reali, sequenda est pars anterior.
4. Liceat sequi sententiam probabilem minus tutam.
5. Exemplo & auctoritate Doctoris Angelici,
6. Etiam præxi Summorum Pontificum.
7. Parrum, Tribunalium, & Scholarum.
8. Liceat sequi minus probabilem & minus tutam eiam in concursu probabilioris.
9. Major probabilitas non tollit opposita sententia probabilitatem.
10. Inefficacia adversariorum paritatis inter bonum & verum.
11. Praxis Summorum Pontificum pro sententia minus probabili.
12. Responsioni adversariorum occurritur.
13. Opposita sententia inutilitas ad praxim.
14. Ipsi adversarii suâ praxi probant nostram sententiam.
15. Probatur ab absurdis, quæ sequuntur ex contraria sententia.
16. Probatur rationibus reflexis & indirectis.
17. Infertur licet usus opinionis æquè probabilis.
18. Aliquo sensu omnis sententia probabilis est æquale ruita.
19. In præxi fieri semper sequimus probabilem, quatenus sequimus probabilem.
20. Opinio Terilli refellitur.

### S. I.

*Resolutio negativa in dubio facti & valoris.*

Notandum primo. In hac questione illam opinionem, quæ inter contrarias Doctorum opiniones, an aliquid sit licitum, nec ne? negat esse licitum, & stat pro legis obligatione, communiter appellari ruitorem, eò quod tali opinione

ai ad-

ni adharentes, dum ab omni operatione abstinent, nulli se periculo vel formaliter, vel materialiter, contra legem operandi committunt; cum econtra qui sequuntur oppositam opinionem, libertati & commodo sive privato sive communis faventem, saltem in periculo versentur, ne materialiter peccent contra legem, cum forsitan à parte rei talis actus legi Divinæ non sit conformis: ideoque opiniones libertatis faventes, quæ actum licitum affirmant, minus tutæ appellari solent, quamvis revera sint simpliciter tutæ, quatenus carent omni periculo in honestatis formalis. Nam bene distinguendum est inter in honestatem formalem & materiale. Formalis est, quæ actus, quatenus ab operante procedit, est disformis reæ rationi, eique imputabilis in culpam. Materialis, quæ actus secundum se est disformis legi, quamvis forte ob invincibilem ignorantiam hujus disformitatis operanti in culpam imputari non possit.

2. Notandum secundo. Majorem probabilitatem intrinsecam [quæ majoribus à ratione fundamentis nascitur] non esse adeo perspicuum; neque enim constituit in indisibili, cum pro dissipari ingenitorum conditione hæc pars uni, illa altera, ita Thomistæ, opposita Scotistæ probabilius videatur: neque de majori minori probabilitate, nisi à litteratis, qui rationum pondera utrinque exactè appenderint, iudicium ferri possit. His positis nemini dubium est, esse rem optimi consilii, amplecti tutiora, & à periculo vel materialiter tancim legem DEI transgrediendi remota. Quæritur vero hinc præceptum & obligatio, in omnibus tuisora sita sentiunt Vincent. Baron. Jul. Mercor. Wendorchius, & in materia juris naturalis Sinnichius vel certe probabilita. sunt Joan. Bapt. Vincent. Contenson, aliique sententia rigorosa Patroni] lectandi. Ubi distinguendum est inter opiniones contrarias, nam aliquæ versant circa actiones & ius, aliquæ circa res vel factum. Illæ sunt, quæ præcisè in utramque partem disputant, an aliqua actio sit præcepta vel prohibita; licita vel illicita? v. g. siue licitus pingere die festo? siue necessaria attentione in recitando Divino officio? Itæ, que disputant, utrum à parte rei hæc actio sit valida, vel non? an sequatur ex tali opere tale damnum, vel non? v. g. an accusatio siuocens? an hec medicina sit obſtacula? &c. Multum enim inter utramque interest: quia rectitudine & honestas formalis actionis non tam defumitur ex eo, quod est à parte rei, quæ quod appetat inculpabiliter operanti; unde potest quandoque contractus in se usurarius, tamen esse licitus propter bonam fidem, & invincibilem ignorantiam operantis; at vero valor Sacramenti, veritas alicuius periculi & danni non desumitur ab eo, quod ita vel aliter appareat operanti, sed quia à parte rei ita se habet. Unde licet tibi forma aliqua ad Sacramentum sufficiens videatur, si tamen à parte rei non sufficit, nullum confitis Sacramentum; cum ipsius valor non à tua opinione, sed à Christi institutione dependeat.

3. CONCLUSIO PRIMA. Cum opiniones contrarie versantur circa valorem rei, & questionem facti, ubi intervenerit speciale præceptum charitatis,

justitiae, vel religionis, quo tenemur abstineat in actione, quæ prævidetur probabile damnum tempore, vel spirituale proximi, aut nullius Sacramenti, tenemur sequi partem tuorem, quæ sola in casu est practicè probabilius. Ita communiter doctores utriusque sententia tam benignæ, quam rigorosæ. Et ratio est: illa solidum opinio est practicè probabilis, ex qua possim formace tam conscientiam de honestate, & deponere practicam formidinem de formalis in honestate operationis: sed sola opinio tuor in proprio est talis: ergo. Minor ostenditur: formalis honestas operationis in hoc catu configit & proximo periculo damni proximi, vel invaliditas Sacramenti &c. sed qui non sequitur causam, commitit se tali periculo proximo, cum non sit certus, ne ex sua actione sequatur tale damnum, vel invaliditas Sacramenti. Major probatur. Eadem lege charitatis, justitiae, religionis, quæ prohibetur damnum proximi vel precipit confectione veri, & certi Sacramenti, prohibetur proximum periculum damni, vel non conscienti verum Sacramentum: sed est certa obligatio charitatis, justitiae, religionis ad vitandum damnum, conscientium verum Sacramentum &c. ergo est etiam certa obligatio ad vitandum periculum &c. Neque hic suffragatur posse liberas, less enim est certa, & in possesso dubium vero est, num partem solam probabilem & minus tutam sequendò tali obligacionis fastigias, ideoque nullum habes fundamentum praedicare formidinem deponendi, quando curia non sequeris. Particulariem hujus doctrinæ applicationem infra dabimus.

## §. II.

Statuitur licita sequela sententia probabili minus tutæ, seu faventis libertati.

CONCLUSIO SECUNDA. Cum questione de honestate actionis, prudenter & licet eligimus sententia vere probabilis, quantumvis si minus tutæ & favens libertati. Ita Authors benigna sententia paulo inferius allegans contra Jul. Mercor. & Vinc. Baron qui contendunt, ne cumdem licitus esse usum opinionis probabilitatis, si sit minus tutæ, &

Probatur primò. Opinio vero probabilitatis præudenter assensum, ut §. 4. ostendimus, ex prudenti allenam formatur conscientia recta, ex ista sequitur licitus usus ejusmodi opinionis; sed opinio, quantumvis minus tutæ, est vero probabilis, ut supponitur. Ergo illi præudenter affertur, eamque bona conscientia sequitur.

Secundo. Si non possemus sequi probabilem opinionem, vel probabilem minus tutam, esse vel periculum peccati, vel præceptum, quod in dubio tutior pars sit eligenda: sed neutrum dic potest: ergo. Non primum: quia nulla est obligatio evitandi peccata materialia; talis enim & obligatio fore de re impossibili, inutilis, invicia, nec amplius ignorantia invincibilis excusat, ut tu se deducit Esperanza à q. 22. ad 25. & claudit cum D. Augustino l. de utilit. cred. c. 10. dicente: *Multa possunt afferri, quibus ostendatur, nil omnino humana societas incoluisse remanere*

*Si nil credere [ opinative judicare ] statuerimus, quod non possumus tenere percepum, [ hoc est, certe cognitum ] de quo illo libro. Non secundum: quia quod illa regula non continuat vim præcepti, nisi in dubio practico, & ubi non est sufficiens fundamentum dubitatem aut formidinem deponendi, dictum est disp. 12. a. 4.*

*Probatur tertio ab absurdis à Mathia de Moya latè congregatis tr. 1. de opin. prob. q. 51 sequitur enim primò contra illos Thomistas, qui usum probabilitatis minus tutam interdicunt, nullam sententiam à D. Thoma, vel Scoto in re morali & opinativa traditam, nisi legi faveat, ad praxim servire posse: quia, esto sit probabilior, erit minus tutam. Quis autem neficit, ab utraque Schola Angelica, & subtili Principe multas opiniones esse traditas, quæ non legi, sed libertati faveant? Vimenti exempla è D. Thoma afferit cit. de Moya, è quibus unum duntaxat alterumque delibero. Dicit S. D. in 4o dist. 17. q. 3. a. 4. q. 1. in c. siest (hoc est absque dolore sufficientia remissionem mortalium, quæ clavibus subjicit) confessum non teneri ad iterandam confessionem, sed tantum ad confessionem suam postmodum confitendum. Circumstantias notabiliter aggravandas intra canderam speciem non necessariò subiiciendas confessioni. ibid. dist. 16. q. 3. a. 2. q. 5. Non esse obligationem subveniendi extremè indigentibus bonus addecentiam statutam conservandam simpliciter necessarii 2. 2. q. 32. a. 6. quæ sententia utpote non legi, sed libertati faventes, sunt minus tutæ, habentque oppositas opiniones tam ab autoritate, quam ratione probabiles. Similia exempla è Seraph. Doctore D. Bonavent. & subtili Scoto afferit Herinex q. 3. §. 2.*

*Sequitur secundò. Summos Pontifices mortaliter peccasse, quoties in voto solenni cum Religiosis professis dispensarunt, in ordine ad contrahendum matrimonium, vel in matrimonio ratio non consummato, vel quoties sententiam minus tutam in ferendis sententiis sunt fecuti, quam sequelam concedere vix non est temerarium. Sequela probatur: nam SS. Pontifices in ejusmodi dispensationibus fecuti sunt sententiam probabilem minus tutam, & siquidem secundum principia Advers. minus probabilem, siquidem egerunt contra doctrinam S. Th. in cuius sententia votum solenne Religionis est indispensabile: sententia autem D. Th. aut est [ ut vult Vinc. Baron. ] omnino moraliter certa, aut probabilissima, quod vero ita dispensarint, & sententiam dixerint, constat ex probatissimis authoribus, qui cum Baronio ad annum 1041. referunt Alexandrum III. Honor. II. Cœlestinum III. Clementem II. in voto solenni Religionis dispensasse. D. Gregor. VII. Mart. V. aliquique complures leguntur in matrimonio rato dispensasse contra tutiorem & probabilem, inquit Sanchez vocat l. 2. de matr. disp. 14. n. 1. probabilissimam Scotifaram aliorumque DD. affirmantium, matrimonii rati vinculum nulla dispensatione esse solubile. Similiter Summi Pontifices aliquando ex opinione, & quidem minus tutam, dedisse responsa etiam contraria satis colligitur ex c. licet de Sponsa duorum. Ubi Alexander III. mandat, in isti matrimonio rato prius contracto, et si posteriorius initium fuisset cum altero*

consummatum, addens: *Quamquam aliter à praedecessoribus nostris fit alignando iudicatum.*

*Et Innocent. III. c. Tuas fin. codem. tractans de consuetudine Ecclesia Mutinensis adhuc contraria prædicto c. licet, non damnat contracta, sed in matrimonio [ inquit ] de cetero contrahendis illud [ quod in c. licet decernitur ] Te volumus observare, in quod cap. Covarr. in 4. Decret. c. 7. §. 3. n. 5. citatus ab Herinex l. cit. Ponit autem illa consuetudo, si rationabilis à viris doctis censebarit, à peccato excusare, etiam in Divino iudicio, & sic in foro conscientie. Leo X. & PP. Concilii Lateranensis declararunt licitos esse Montes pietatis relicta turi opinionem Cajetani & aliorum, quæ favebat legi naturali, eosque illicitos affirmabat.*

*Sequitur tertio. Omnes Summas & libros de rebus moralibus tractantes fore prohibendos, tanquam perniciosos & materiam peccandi legentiibus ministrantes, eo quod vix illa in iis repertur opinio pro libertate, qua non habeat probabilem oppositum faventem legi, adeo que tutiorem.*

*Sequitur quartò. Non rectè in materiaiis controversiis fidei vel morum à Summ. Pontif. usque ad ulteriorem Ecclesiæ declarationem permitti libertatem opinandi pro qualibet parte, cum tutius esset suspendere iudicium, ut quis ab omni periculo circa fidem vel mores errandi esset immunis. Et tamen contraria praxis est luce meridiana clarius, & patet ex c. Capellanus de seriis. & c. Litteras de restit. spoliatorum.*

*Sequitur quintò. Nec tolerandas esse Scholarum uniu. Doctoris v. g. Angelici, vel Subtilis auctoritatibus additicas, nec posse amplius vel Thomistam, vel Scotistam jurare in verba Magistri: si quidem impossibile est, ut in tot sententiarum in vicem confluentum, copia non sint aliqua fuentes libertati, & hoc ipso minus tutæ.*

*Sequitur sextò. Damnandos etiam esse SS. PP. & S. Scripturæ interpretes, qui in expositione S. Script. secundum probabile iudicium opiniones contrarias (in quibus periculum falsitatis subeft, cum ex duabus oppositis altera necessariò debat esse falsa) tradiderunt, & sepe proprias mutarunt, revocarunt; cum utique tutius & ab omni falsitatis periculo remotius egissent, si iudicium suum suspendere maluissent.*

*Sequitur septimò. Nec subditos rectè parere Superioribus juxta benigniorem opinionem iubentibus aut permittentibus, nec Superiores bene præcipere, vel permittere, nisi quæ sint strictiora & rigidiora; Leges quoque ipsas & consuetudines, quippe frequenter in probabili & minus tutâ opinione fundatas, de suo vigore suspectas fore.*

*Quibus omnibus rectè penitatis sic firmatur nostra assertio. Illud ex omnium confessione certò prudenter, & licite sequor, quod est conforme communii Summorum Pontif. & Ecclesiæ, Tribunalium, Doctorum sanctitate & pietate præstantium, integrarum Religionum, & Academiarum praxi: sed operari secundum sententiam vere probabilem, quamvis minus tutam est conforme prædicto modo &c, ergo opinionem vere probabilem relicta turi licite sequor. Sed etiamne, si illa opinio sit minus probabilis?*

## §. III.

*Statuitur licita sequela sententie minus probabilis & minus tuta in concurso probabilioris.*

8. **CONCLUSIO TERTIA.** *Licet in praxi sequenti sententiam minus tutam & minus probabilem relietur probabiliori. Ita Authores iidem, Probatur primò ex fundamentis presuppositis. Omne opinionem verè practicè probabilem prudenter eligo: sed opinio quamvis minus tuta & minus probabilis est tamen verè probabilis: ergo illam prudenter eligo.*

9. *Oclamat Mercurius, & ex hoc Vinc. Baron, hanc probationem esse paralogismum; & continxerit fallaciā compositionis, dum nempe transfiguratur à probabili opinione simpliciter, & non impedita, ad probabilitatem minorem, & impeditam. Sed Contra est, quod minorem probabilitatem in concurso probabilioris dicunt esse impeditam, non probant, non enim motiva potiora alterius partis auferunt vim & efficaciam probabilitatis motivis minus vehementibus, alias qualibet opinio minus probabilis in sensu composito probabilioris fieret improbabilis, quod est falsum; siquidem, ut ipse Mercurius in §. praeced. relatus fateretur, sententia minus probabilis non obstante probabiliori potest esse verè probabilis, & niti gravibus motivis. Sed neque adimitur libertas assentiendi, ut in §. praeced. deduximus.*

10. *Dicunt quidem adversarii: Ita se habet minus verum ad intellectum, sicut minus bonum ad voluntatem: sed minus bonum in comparatione majoris boni non movet voluntatem: ergo nec minus verum in comparatione majoris veri trahit intellectum. Sed iste Achilles Advers. (Ita appellat M. Ildefonsus Cæsarang. paulò modestius, quam Gonet §. 3. opositum fundamentum appellans clypeum stramineum) non urget: nam ut dictum, & suppositum minoris veri est falsum, & paritas permissa non concessa pugnat contra Adversi, nam quod comparative ad aliud est minus bonum, si aliunde addatur ratio boni, potest movere voluntatem: ergo etiam, quod apparet minus verum, si aliunde addatur motivum illam opinionem amplexandi, potest trahere intellectum.*

*Contra est secundò. Quod Summ. Pontif. non posset concedere licentiam in materia fidei & morum liberè opinandi utrumque opositum; nam altera pars aut erit manifestè probabilior, aut saltem erit dubium, quænam ex iis sit probabilior, cum utramque æquæ probabilem esse rarissimè contingat, & tamen concedit hanc licentiam, e.g. liberè opinandi (non tamen disputandi & scribendi) pro vel contra Immaculatam Conceptionem B. V. donec Ecclesia Catholica aliquid certi desinierit.*

*Contra est tertio. Praxis DD. in Scholis, qui licet alicui opinioni ceu probabiliori adhaereant, fatentur tamen etiam oppositam esse verè & practicè probabilem.*

11. *Probatur secundò. Vel esset obligatio sequendi probabiliorum, quia est tutor, vel quia rationabilior, non quia tutor, hoc enim supra rejicimus, & constabit amplius ex §. seq. non quia rationabilior, quia nemo tenetur operari, quod prudentius & rationabilius, sed quod prudenter*

& rationabiliter fieri posse existimat. Confinitur probationibus prioris partis facile ad haec accommodandis; nam inter opiniones probabiles invicem oppositas, non tantum est necesse, aliquas esse minus cutas, sed etiam minus probabiles: sed permititur licitus usus opinionum oppositarum, approbat, practicatur à Summ. Pontiff. Permititur: nam hoc tempore unque probabilius est, B. V. esse sine originali labore concepcionem, eo quod titulo merito venerandam [Est] materialm fidei & morum; morum, quia agitur de prudenti & lito cultu hujus festivitatis; fidei, quia agitur de exceptione ab universalis illa lege, quod ad Adam omnes moriuntur ] & tamen permissione cuivis, donec Ecclesia aliter ordinari, opinione contrarium.

*Approbatur: nam ante Concilium Lateranense erat controversum, an Montes pietatis essent usurpari, nec ne? Leo X. una cum PP. illius Concilii definiti esse licitos, nihilominus utriusque opposita sententia studia (é quibus altera negant esse licitos, erat tutor, altera affirmans, quod ab autoritate plurium Pontificum, antecedentium, quos approbaverunt, extrinsecè probabilius) his verbis commendavit: Alterius quidem partis iustitia & celum, ne vorago aperiretur avarorum; alterius pietatis & veritatis amorem, ut pauperibus subvenirentur; utriusque vero partis fiduciam commendantes. Prædicatur, quia tametsi laborare, 7. tr. 3. d. 6. dub. 4. affirmet, Adrianum VI probabiliorum Thomistarum sententiam sententiam negasse, sibi competere potestatem dispensandi matrimonio rato, tamen etiam in solenni religiosis votis [cujus indispensabilitas est sententia D. Th.] dispensasse.*

*Ajunt. Ipsos speculatoriam probabilitatem scutios per ignorantiam invincibilem à peccatoribus.*

*Sed contra est primò. Si per Adversum honestam operationem non sufficit minor practica probabilitas, quomodo sufficiet speculatoria? Imo Sinnichius in Saule Exegēt. §. 260. referens Dominico Soto, prædictum Adrianum VI. in matrimonio rato contra propriam opinionem dispensasse, postquam sententiam Cajetani propulsatione audiisset,*

*Contra est secundò. Quod per Adversum sequens opinionem minus probabile errat, vincibiliter errat, ut patet ex quarto argumento Mertonii suprà a. 3. §. 1. n. 5. relato. Addit Aristoteles p. 3. tr. 2. ex c. laudabilem. de frigidis & malesi. concessionem Cælestini III. qui permisit conjugibus naturaliter frigidis cohabitationem usque in triennium, cum tamen post copulam per biennium frustra tentatam longè probabilius esse impedimentum importunitas, siue curius foret à conjugali toro abstinere.*

*Probatur tertio. Obligatio sequendi opinionem, quæ operanti apparet direchè probabilitas est inutilis ad praxim: adeòque aliena à veritate. Antecedens probatur. Vel foret utilis pro indoctis & illiteratis, vel pro doctis & literatis; non pro indoctis, isti enim non tenentur insister in comparationem inter momenta autoritatum, vel rationum; sed satis faciunt suæ obligationi, formant securam conscientiam, si obsequantur consilie*

confilio Confessarii, vel alterius gravis & docti viti. Non pro litteratis: quis enim omnia alij cuius sententia fundamenta ita exacte ponderavit, ut non meritò & prudenter dubitare possit, ne forte opposita, quæ ipso videtur minus probabilis, sit probabilior: cùm in confictu contrariarum opinionum verè probabilium nunquam desint, quibus probabilius apparet, quod alijs minus probabile, ipsa quoque probabilitas mutationi subjeat, ut accessu novæ rationis, vel authoritatis id modò videatur magis probabilis, quod prius censebatur minus probabile, vel quod ab intrinseco est probabilis, minus probable efficiatur opposita sententia authoritate. Quod Thomistæ est probabilius, non ideo probabilius videtur Scrofa, Absolutio conditionata Catholici moribundi subito sensibus defituti vix aliquando probabiles habebutur, nec potest dubitari, qui opposita ab intrinseco & speculative sit multò probabilior: nihilominus per authoritatem D. Augustini, tum etiam Gregorii XV. & plurium Rinaldum, ac praxi variarum diocesum prædicè facta est probabilior. Ipsius Doctores gravissimi frequenter suum mutant & mutantur iudicium, cùm ad novæ rationis aut fundamenti apparentiam id modò improbabile, quod prius probabuntur. Ex quibus omnibus sic arguo: In tantum sequela opinionis probabilioris est utrilibet homini litterato, in quantum & ipse posset in suis actionibus de practica veritate certificari, & rursus aliorum, quos dirigit, conscientias certificare: sed ad hoc non est utilis: ergo, minor probatus fundamento Adversus: Qui dubitat, non certificatur: sed vir litteratus, qui scit opinionum probabilium diversitates, dubitat cum de veritate probabilioris [neque enim hæc est certa, sed cùm continetur intra limites opinionis, habet adjunctum periculum falsitatis] cum de ipsa majoritate probabilis, siquidem nec ista potest ipsi videri certa, alij affirmantibus, alij negantibus: ergo.

4. Probatur quartò à præxi Adversus. Nam in primis Vincent. Baron. t. p. Theolog. mot. contra Caramuel. disp. 2. sc. 4. negat, divites obligari, ut redimant captivos apud Turcas redempzione maximè indigentes, & ramen opposita sententia, quam tuetur Leander, Cajetanus, Major, Azor, Fillius & alii, est tutior pro lege charitatis, imò & practicè probabilior: quia sententia, quæ non est certa, non est practicè probabilis: sed sententia asserta à Baronio non est certa: ergo nec practicè probabilis. minor eritur ex ipsiusmet verbis loc. cit. scribentis: *Id, quod agitur contra legem, semper esse malam, nec excusari per hoc, quod sit secundum conscientiam quacunque probabilitate muniam.* Cilm ergo hæc ipsa sententia possit esse contra legem charitatis, poterit esse mala, & cum peccato conjuncta: quomodo ergo tuta?

Deinde Jul. Mercor. p. 3. a. 24. concedit, Titium, qui novit, se, cùm decies ad dominum Berzæ accessisset, quinque cum ea peccasse, posse ad eandem dominum redire, siqua aliquius temporalis boni exigat necessitas, quæ opinio, ut non est tutior, ita juxta ipsius principia nec probabilior, cùm damnum temporale postponendum sit damno spirituali, nec intuitu commodi temporanei liceat mind ut tam etiam magis probabilem eliger, relicta tutiori etiam minus probabilis.

R. P. Mezz. Theol. Schol. Tom. II.

Tandem Prospero Fagnano objicit Caramuel relatus ab Honorato Fabri Dial. 1. n. 74, quod cùm Urbanus VIII. eundem jam oculis captum Correctoris S. Penitentiaria officio privasset, idque per Diploma Pontificium D. Annibali Albano contulisset, cùd quod per Bullam Pii V. decreatum est, ut Corrector S. Penitentiaria per se ipsum litteras corrigere, is post mortem Urbani VIII. sub Innocentio X. pro sua causa scriptio nem dictaverit, quæ probare conatur, eum qui per alium corrigit, per seipsum corriger censendum esse. Quod stante illâ Bullâ vix æquè probabile nedum probabilius censeri potest.

Sinnichius in Saule Exegi 1. 1. §. 260, admittit, posse quem contra propriam opinionem secundum probabilem sententiam operari, & adducto exemplo Adriani VI. Negre enim, inquit, pejoris conditionis censeri debent Summi Pontifices, quam catcri homines, quibus subinde licitum est in præxi procedere secundum probabilem sententiam, ei etiam adversam, quam speculativæ reputant veriorem.

Probatur quintò. Sequeretur ex opposita sententia primò, quemlibet teneri in suis operationibus investigare sententiam probabilem: sed hoc est nimis scrupulosum & onerosum: ergo. Minorem negat quidem Baronio concessa majori, Theolog. moral. disp. 2. sc. 2, sed concedit Mercorus p. 2. art. 28. & negat sequelam. Hanc probo ex doctrina ejusdem. Quilibet tenetur omni meliori modo querere veritatem, & evitare periculum peccati seu legem transgrediendi, quantum potest: sed non evitat, si negligat investigare probabilem: cùm enim merito suspicari possit, ne sit aliqua sententia probabilior, quam quæ ipsi hic & nunc proponitur, non excusat per invincibilem ignorantiam, si opinio opposita illi, quam hic & nunc sequitur, sit probabilior.

Sequeretur secundò. Quemlibet fore obligatum ad mutandam sententiam, quoties ex opposita parte aliqua nova ratio, vel authoritas accederet, quæ videbatur utriusque opinionis equilibrium tollere: nam major probabilitas opposita sententia probabilitatem extinguit. Unde si hodie sentires, licitam esse pluralitatem beneficiorum, eò quod sententia affirms apud te habeat novum fundamenta probabilitatis, & opposita tantummodo: si crastinâ die duo nova fundamenta apparerent pro negativa, tenereris priorem relinquere, & si post horam aliud novum pro favoribili opinione occurreret, posses eandem resumere &c, quod ratione & experientia adverfatur.

Sequeretur tertio. Illicitum esse, in scholis legere & docere sententiam minus probabilem, eamve alij consulere: sed hoc est contra communem sententiam & experientiam: dum aliqui etiam tenentur subinde docere opinionem v. g. D. Thomæ, vel Scoti, tametsi sibi minus probabilis videbatur, aut saltem de majori probabilitate dubitent.

Sequeretur quartò. Subditum non teneri ad obediendum Superiori, imò nec posse licet obediere, quoties ipsi res præcepta minus probabilis apparet: nam si conscientia dicit esse illicitum,

U

quod

quod Superior jubet, subditus obedire non potest: sed quotiescumque Superior præcipere aliquid, quod minus probabile apparet, tories conscientia dicaret subdito, quod res præcepta foret illicita: ergo.

16. Probatur sextò Rationibus reflexis & indirectis [1.] prudenter & licite amplectimur sententiam probabiliorem: sed est sententia probabilior, quae docet, usum opinione minus tutæ & minus probabilis esse licitum: ergo licite & prudenter hanc sententiam amplectimur, nosque eidem conformamus. Majorem admittunt adversi, paucissimis exceptis, qui tamen sibi ipsi malè concordant, ut contra Vincent. Baron. observat. cit. Matth. de Moja. minor probatur. Sententia, qua firmioribus nimirū fundamentis, est probabilior: sed hæc benigna nimirū firmioribus motivis, tum extrinsecis [de quibus infra] tum intrinsecis partim directis, nempe naturā probabilitatis, libertate assentiendi, continuâ Ecclesiæ, Doctorum, Universitatim praxi, oppositæ sententia moraliter impossibilitate & inutilitate &c. partim indirectis: nam [...] lex dubia, quam probabilius est non dari, quam dari, non obligat: sed lex sequendi in omnibus partem faventem legi, vel probabiliorem, est dubia, camque est probabilius non existere, quam existere: siquidem multò plures sunt, qui hanc legem negant, quam admittunt, neque adverfarii hanclegem probant argumentis, non facile solubilibus: ergo ejusmodi lex & obligatio non datur. Major constat: Lex non sufficenter promulgata non obligat: sed lex dubia non est sufficenter promulgata: ergo. Unde [3.] in dubio melior est conditio possidentis in omni materia virtutis, [ut disp. 3. 4. 3. probavimus] sed lex obligans ad tutiorem & probabilem est dubia, possest vero stat pro libertate: ergo melior est conditio libertatis, adeoque quam liberè tam licite amplectimur sententiam minus tutam, & minus probabilem [4.] si daretur ejusmodi lex, nostra sententia non est probabilis, quia contra legem non potest dari practica probabilitas: sed Adverfarii negare non possunt, quia nostra sententia sit saltem probabilis: ergo iudicem debent concedere non dari certam legem in contrarium, [5.] Incredibile videtur, ut lex pertinens ad jus & legem naturalem in Ecclesia Catholica à pluribus, iisque pīs, ac doctis ignoretur, quam agnoscatur: sed lex ista sequenda tutiora & probabiliora pertinet ad legem naturæ, quam tamen à pluribus iisque doctis ac pīs in Ecclesia Catholica ignoratur, quam agnoscitur: ergo ejusmodi lex non datur. [6.] Lex evitandi peccata materialia est pro statu naturæ lapſus moraliter impossibilitatis, magis nociva, quam proficiunt communī bono: sed ideo obligaremur sequi probabilem, quia temere evitare periculum peccati materialis: ergo. Imò cū etiam opinio probabilior, si faveat libertati, conjunctum habeat periculum peccati materialis, etiam non liceret sequi probabilem, ut putat Mercur, suprà refutatus. [7.] Veritatem invincibiliter ignorantis error ad culpam imputari non potest: sed constitutus inter duas sententias oppositas, si adhibita diligentia debita non inveniat certam veritatem, invincibiliter

ignorat, ex qua parte stet veritas, tametsi una opinio sit probabilior altera: ergo tamen error ad culpam imputari non poterit.

#### §. IV.

##### Corollaria.

Iñferes ex dictis primò. Prudentem & licitum: Iñesse usum opinione minus tutæ, & aquæ probabilis: nam argumenta, quæ probant licitum usum minus probabilis, multò magis evincunt usum opinione aquæ probabilis.

Inferes secundo. Si ly innum capias protulit quod excludit periculum formalis peccati, le omnem sententiam vere probabilem esse aquiliter tutam, quia qualibet excludit periculum licitum & nunc DELUM offendendi, sic que neutra exceptio positio erit magis vel minus tuta.

Inferes tertio. In praxi vix posse contingere, ut quis sequatur opinionem probabilem, quam extrinseca, tam directis, quam indirectis, reflexis non videatur probabilior operari. Nam licet in judicio speculatori & ex vi directi modi aliquia opinio minus probabilis appareat, si tamen accedant extrinseca, & indirecta, nequid dubia lex non obliget, quod melior sit conditio possidentis, quod prudens assensus licet reducitur in praxi &c. jam opinioni major probabilitas conciliatur. Ex quo tale judicium certum conscientiæ deduci potest: Probabilitate omnibus persatis esse licitum usum opinione vere prædictæ probabilis, est illa secundum motu directo excludatur esse minus probabilis, & minus tuta: sed hoc opinio v.g. pingere die feſto efficitur, est tamen ergo probabilius est, illius usum esse licitum: sed quod probabilius est esse licitum, est evidenter & soluē licitum: ergo.

Nec tamen probo opinionem Tetilli, ex illi-<sup>48</sup> mantis, opinionem minus probabilem ex ipso absens & judicio opinantis evadere probabilem, è quod cuiuslibet suam opiniam sit probabilis. Nam contra est primo. Quod proprium judicium nec pertinet ad intrinsecam [cum non sit aliqua ratio assentiendi] nec ad extrinsecam probabilitatem, quæ accipitur ab extrinseca directis auctoritate, quam nemo fecit sibi: quomodo ergo faciet majorem probabilitatem? Secundò. Judicium proprium opinantis non habet majorem probabilitatem, quam accipit à motivis, cum ex se sit indifferens, ut sit prudens, vel imprudens: ergo ipsum non potest tribuisse novum gradum probabilitatis. Tertiò. Sequeretur, quod quanto vehementius est judicium, tanto major exinde probabilitas consurgere, quod est falsum; cum judicium vehementius capere ex passione proveniat, quæ recta ratio magistratur, quam juvatur, & hæretici se penitentem suis erroribus maximâ judicij pertinaciâ [sic] ideo prudentius sed imprudentius] adhereret. Suum quidem, ex communī verbo, cuique pulchrum, at non ideo probabilius; cum faciliter aliquo affectu, & passione abducatur à vero, unde & medici agrotantes proprium placitum prætermittere, & alienis debent consilii obsequi.

ART.